



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christlicher Saturnus

Braendl, Matthaeus

Augsburg, 1687

Reverendissimo Et Celsissimo Domino, Domino Joanni Christophoro,
Episcopo Augustano, &c. Sac. Rom. Imp. Principi, &c. &c. Domino Suo
Clementissimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50887](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50887)

DEDICATIO.



REVERENDISSIMO ET
CELSISSIMO

DOMINO, DOMINO

JOANNI
CHRISTOPHORO,
EPISCOPO

AUGUSTANO, &c.
SAC. ROM. IMP.

PRINCIPI,

&c. &c.

DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.



Unt anni circiter undeni,
cùm ex Frisingensi ad Au-
gustanam Dicecesin, & ex

A 2 nati-

DEDICATIO.

nativo ad peregrinum solum transi-
 sivi, Reverendiss. ac Celsiss. Prin-
 cept, Domine Clementissime, pri-
 mō Shongavii in divinis Coopera-
 tor, postea in Niderhofen Sup. Ba-
 varix animarum Pastor, jam Paro-
 chus Stettensis. Proximus saltus
 erit in tumulum, cū aliō sedem
 figendi spes parva sit, valetudine
 jam satis attritā. Verū nolo in
 ea Diœcesi ingratus mori, ubi rectè
 vivere contendi. Quare in monu-
 mentum æternæ gratitudinis cedat
 Opusculum hoc Chronologicum,
 mole quidem exiguum, nec sele-
 ctiori phrasi comptum, ab argu-
 mento tamen vel iudice Momo no-
 bile, atq; pretiosum: (a) Quia non
 conferetur tinctis Indice coloribus, nec
 lapidi Sardonycho pretiosissimo vel
 Sap-

(a) Iob. 28. v. 16.

DEDICATIO.

Sapphiro. Tanta enim accepi à
Reverendiss. Celsitudine Sua, quan-
ta ante annos bis senos vix somniare
potuissem. Siq; ea recensere vel-
lem, & Tuæ modestiæ offensionem
timerem, & aliorum aures adula-
tionis notâ perculsurus essem. Un-
um præterire non possum, me sci-
licet ante annum Monachio Augu-
stam abeuntem, cum mihi beni-
gnas aures præbuisset Clementis-
sime Domine, ab ipsamet Reve-
rendissima Celsitudine Sua ad Cœ-
nam invitatum, & ubi dies altera
illuxit, viatico donatum esse. Non
solum hospitalis es, Celsissime Prin-
ceps, Antistes Reverendissime; sed
totum illud optimi Episcopi Exem-
plar in Te expressum suspicimus at-
que veneramur, quod Doctor Gen-
tium 1. ad Timoth. 3. v. 2. & seqq.

A 3 de

DEDICATIO.

depinxit. Dignare benigno vultu
levidense munusculum admittere.
Si vile, si parvum est, non parva (b)

tamen est laudanda voluntas.

Deus ter Opt. Max. Reverendiss.
& Celsiss. Principem, Clementissi-
mum Dominum nostrum æterno suo
lumine foveat, & ad augmentum
Orthodoxæ Religionis ac universi
Cleri pleniorē consolationē quā
diutissimè incolumem conservare
dignetur,

Reverendiss. Cel-

situdini Sux.

Devotissimus Client

M. B.

(b) Ovid. lib. 3. de Pont. Eleg. 4. v. 79.